

34-10-F-10-

207

75

13

# DE S. IVONE

PAUPERVM PATRONO

# ORATIO

HABITA

AD EMINENTISSIMOS

## S. R. E. CARDINALES

A HYACINTHO FRANCO PAVLINO ROMANO

Insignis Collegiatæ S. Mariæ in Viâ Latâ

Canonico, & Sem. Rom. Cle.

BIBLIOTECA NAZIONALE  
ROMA  
F. L. EMANUELE



ROMAE, Typis Ignatij de Lazaris. MDCLXXVI.  
SVPERIORVM PERMISSV.

DE SIVONE

OTTO STAMPA

OTTO

OTTO

OTTO

OTTO



ROMA, Tipografia di Lazzari, MDCLXXVI.

208  
76  
BEATISSIMO PATRI<sup>3</sup>

AC SANCTISSIMO DOMINO

CLEMENTI X.

PONT. MAX.

HYACINTHVS FRANCISCVS PAVLINVS F.



MAIESTAS ista, quam Dei vicariam qui non videt, sentit, qui videt mundus adorat, BEATISSIME PATER, adeò me à Tuo conspectu non prohibet, vt prouocet ad accessum. Tanti est illam Clementià temperari. Diuina propè cum sit, se præstat humanam; non tamen sine gloriæ foc-

A 2 no-



# ORATIO.



Sque aded, calamitatibus inſueti,  
 miferias noſtras vel amamus, vel  
 odiſſe neſcimus, Em. PP. vt ne po-  
 nere quidẽ illas didicerimus ſine  
 miferiã; adedque ipſa non raro ca-  
 lamitatis abigendã vota calãmi-  
 tas ſint. Adeftedum ẽ foro, Iu-  
 dici; ſque quotquot Iudicem, perinde ac trutinã,  
 vt æquus ſit, eſſe vultis immotum. Quid vobis hac,  
 cui vota omnia denouetis, iniquius æquitate poſſit  
 accidere? Vbi paria non ſunt merita, iniquum eſt  
 omnibus æquum eſſe. Quidquod, niſi Iuſtitiaẽ manũ  
 velit abire Iudicis Libra, alia pendat oportet, non  
 ſe, alterãque propterea leuetur lance, ſed alterã de-  
 primatur? In tam rectã igitur iniquitate, Iudicis ſita  
 æquitas eſſe videtur. Hęc iure à me diſputata fuiſſe,  
 qui orbis terrã ſedetis Iudices, excelsã mentis ſuf-  
 fragio decerneris, opinor, vbi in **IVONE** ſanctiſſimo  
 pauperum Patrono vobis oſtendero Iudicem in aliõs  
 æquum, iniquum in ſe, ideòq; in omnes æquiſſimum.

Gaudete iam fora: excultam humanã omni, diui-  
 nãque ſcientiã, ipſã videlicet ſapientiã mentem ad  
 vos deſert **IVO**. Sapientiã Iudice, non Iudex, ſed  
**Æquitas** iudicabit. Licet ex diuinis oraculis vatem  
 eſſe. Qui meditatus apud ſe ſapientiam eſt, eius loque-  
 tur lingua iudicium. Et ſanẽ **IVONIS** linguam Pin-  
 darus ad veritatis incudem fabricatam eſſe dixiſſet;  
 neque enim, vt primarius apud **Ægyptios** Iudex, ve-

A 3 rita-

ritatem gestabat collo, sed ore: norat quippe idem esse Iudicem; & arbitrum Veritatis. Hoc Iudice nemo damnatus est nisi reus: qui, damnante illo, reum se non esse putavit, enasit; nullo siquidem ille se pretio, nullius vi, nullius auctoritate passus est emi: quam venalis esse non poterat: qui pretium non habebat. Nego iam Euripidi nulquam Paupertati Aram extare. IVO fidem fecit Architæ, qui dicebat, duo nomina esse, rem vnam, Iudicem, & Aram: an non enim, Aræ modo, omnibus patuit? Cui aures obstructæ? cui negata vox? cui non patens aditus? Sed qui aures, qui vocem, qui aditum posset ille negare, qui, Dei in morem, ut beneficus esset, vel cum videbatur nocere, quantum auri damnato deperibat tantum, numeratâ de suo pecuniâ, reponebat? Quàm æquus erat is Iudex, qui æquè fauebat vel absolueret, vel damnaret! Erravi: ut multum præstaret absolui, plus præstabat ab IVONE damnari: Cuius lis adiudicabatur, Iudicis suffragium habebat, qui damnabatur habebat, & animum Patris. Tribunalia, vestram fidem: hoc est causâ cadere? Quid agis, IVO? fontes capitali supplicio addicturus decretorium sumis calamum, non tamen stringis: ingemiscis; lacrymaris. Importuna isthæc misericordia Iudicem excutit, dum obtrudit Patrem. Sententiam lacrymis obliterare non potes, quin grandem sanctitati Iuris, grandem tuo nomini notam inuras. In probos omnes iniquus est, qui vel vnius, cum debet, non vindicat improbitatem. Sceléstos esse qui patitur, facit. Sed, video, cælum æmularis, quod ut suam, & improbis approbet æquitatem, non sine tonitrù, hoc est non sine

gemitu parit fulmen. His lacrymis id tantum caues,  
 ne desenda scribas ipse ne desere possit vel qui dolo-  
 re debet ista, quae scribis. Scribis tandem: sed, ne in  
 rei corpus intrare tota mors possit, tot illi in tuo ape-  
 ris ostia, quot pandis vulnera; nam in secretiorem  
 adium partem recipiens te, plus Patronus, quam  
 Iudex, parentas ante funus, & cruenta dilaceratio-  
 ne de te poenas sumis, quod de alijs cogaris illas ex-  
 poscere. Aude iam, lior impie, palam eloqui. Eo  
 praecipue nomine aequum omnibus IVONEM fuisse  
 negabis, quod in pauperes visus fuerit esse propen-  
 sior? Sedenim hoc flexu se probat ensis Iustitiae. Ex  
 infelicitatis odio nimium additi felicibus, aequi om-  
 nibus esse non possumus, nisi simus miseris quodam-  
 modo aequiores: quam facile enim est, ut iudicantis  
 eò lances inclinent, quò fortunae pondus impellit?  
 Fateri itaque libet, atque iactare IVONEM non Iu-  
 dicem tantum praestitisse se miseris, sed Patronum.  
 Nullae illi tenebrae, nullae latebrae subducere miseros  
 potuerunt. Per vrbes, per vias, per fora, per domos,  
 per ergastula iam non solo metu plena quarebat.  
 Hos amplecti, hos fouere voce, ope, opibus, ac penè  
 sanguine, dum horum consulit incolumitati non raro  
 vitae in discrimen adductus. Intelligebat videlicet  
 vir sapientissimus maneam esse fortitudinem, quae  
 agere tantum fortiter didicit. Inuenimus tandem fel-  
 licitatem, quae par esse possit omnibus calamitatibus  
 non ferendis modò, sed & tollendis, IVONEM pau-  
 perum Iudicem, & Patronum. Quisquamne egere  
 permissus? quisquam gemere? Quoties sua vendidit,  
 ut aliena redimeret? Quoties ut inopiam pauperum

vc-

veluti tenebras, procul abigeret, more lampadis, sua  
 sibi alimenta, subduxit? Eius domum, acerbae tumu-  
 lum fortunæ, eius manus, horreum publicæ annonæ  
 esse dixisses. Inuocet, licet, aridis campis amarem,  
 suum Ægyptus. Sterili paupertati tantò Nilo melior  
 est IVO, quantò promptior. Fœcunditatem iste nul-  
 lis precibus, nullis lacrymis, vendit. Vti Sol um-  
 bras, sic ærumnas pellit IVO, dum videt. Grande  
 moræ spatium beneficijs, obiectum suis, existimat,  
 quantum ad accipiendum est satis, non ad rogandum:  
 ignauæ siquidem liberalitatis, esse censeret, expectare  
 preces. Quàm molestum, quàm onerosum, vt ait ille,  
 & demisso vultu dicendum verbum est, Rogo, tam iu-  
 cundum erat miseris, tam beatum quæ non rogauc-  
 rant impetrasse. Summa liberalitatis hæc est, non ha-  
 bere ultra, quod des. Qui habet aliquid, quod ul-  
 tra det, vt dederit plurima, plura non dedit: dedit om-  
 nia qui nihil habet. Summè itaque liberalis IVO,  
 quod daret, sæpe nil habuit, nunquam tamen nil de-  
 dit. Vnde verò factum dicemus, vt omnia cum tri-  
 bueret omnia semper haberet, copiâ largitionibus  
 fœderatâ? Quia nempe qui pauperum auget censum,  
 non imminuit suum. Ne tibi metue, IVO, ab hac  
 liberalitate pauperiem. Diuitiæ satis esse non possunt  
 omnibus, nisi cum omnibus erogantur. Vna est om-  
 nia habendi ratio, efficere vt omnium sit, quod erat  
 tuum: Tantum enim habes, quantum qui debent tibi.  
 Parum est hoc: habes illos etiam, ac Deum, quem,  
 qui commodat pauperi non fœneratorem habet tan-  
 tummodo, sed etiam debitorem. Abite, nunc laudes:  
 virtutem consuetas etiam Heroum Sanctissimorum,

me-



meras præterveſtam, nouo laudandi genere libet, ac-  
 cuſatione laudare. Quid, tam æquus omnibus, vni es  
 iniquus tibi? Qui omnes aliis; tibi ne plures non ra-  
 rō dies omni profuſo alimento interdicas? Neque  
 enim, vacat hīc referre exigua te tantum Cerere, fri-  
 gidāq. vitam ferē perpetuō toleraſſe: quanquam id  
 erat famem non pellere, ſed nutrire. Omniu n quies,  
 quid durā humo; ſetarumque mucronibus ipſam tibi  
 quietem exagitas? Incubantem oculis ſomnum nunc  
 mergis lacrymis, nunc abigis ſaxo ſuppoſito capiti,  
 nunc erudiſ ad ſtudia rerum diuinarum incumbens  
 Codici Diuinitatis oraclis conſignato. Sic confe-  
 cratæ pauperum cauſis, aut diuinis alloquijs vigiliæ  
 puniendæ? Quid ſpectat altè infixæ lateribus catena?  
 quid aſpera illa zona cæteris artibus inhorreſcens?  
 Hoc eſt eſſe Iudicem, an Liſtorem? Pone manū fla-  
 gella: cuius Iudicij eſt ad ſagra petere Innocentiam?  
 manus illas omnibus aureas vni tibi ferreas eſſe non  
 decet. Tam crebro verberare, tam immani iam non  
 humeros, ſed vulnera ipſa proſcindis. Quid tibi nil  
 parcis, cum nihil habeas quod ignoſcas? Nouimus  
 te Cælo carum antequam viſum fuiſſe. Paritura te  
 mater, feſtinantibus ſuperis aperire mortali: us quæ  
 donabant, viſa ſibi per quietem eſt Gigantem eniti;  
 vt intēlligeremus quā magnus futurus eras, vbi  
 fuiſſes, qui magnus eras antequam eſſes. Nouimus  
 Virginei flōrem pudoris nullis vnquam aut ætatis,  
 aut prauorum cupidinū delibatum æſtibus aruiſſe.  
 Dā vitæ momentum aliquod, cuius anguſtias in om-  
 ne genus hominum beneficijs non produxeris. Dā  
 cuiuſpiam non leuatas piā liberalitate miſerias. Quid

2011

in

in te tam acriter punit? Num exceptum mortalibus  
 epulis Numen immortale vix togens maiestatem è  
 peregrina mendici specie tuos in oculos erumpere  
 gestientem? num euolantis in Cælum animi sequa-  
 cem corporis grauitate in dnum mentem plures quoti-  
 die horas, septem sæpius dies in contemplatione Di-  
 uinitatis immotam, cum eo tantum nomine mortalis  
 es habitus, quod iterum capisti viuere? In Vrbes ne  
 exulem Religionem, morumque sanctissimam disci-  
 plinam longo tandem postliminio reuocatam? An  
 obitos sacris excursionibus pagos, Solis instar, qui  
 stare loco nescit, nè vnus regionis limitibus luminâ,  
 quæ mundo debet, includat? At iniquus, quàm par-  
 est, agimus cum **IVONE**, dum iniquum illum nimis  
 in se fuisse contendimus, quod tam duriter se habue-  
 rit. Durus sit oportet in se, qui totam seruare vult  
 alijs lenitatem, ac semet exbat, qui Iudicem vult in-  
 ducere. Id, ingenio licet obstupido, acutissimè perui-  
 distis Thebani, qui vobis simulacrum absolute Iustitiæ  
 proponebatis, Iudicium aliquem offingebatis, & truncis  
 manibus, vibratis in cælum oculis, ac toto corpore  
 personatum. Quod si in alios esse æquus, qui est ini-  
 quus in sese, quid hæc æquus esse possit iniquitate?  
 Iudicem huiusmodi, vt hæc videtur in se iniquum  
 permittat, iniquum esse non sinit. Abnuicis? Ad re-  
 rum naturam salua prouocatio est. Dum epulare  
 iam Numen populis adorandum attollit **IVO**, flamma  
 de Cælo lapsa, regium semper omens, eius caput lam-  
 bit leniter, & coronat. Ite nunc, & suam intrâ sphæ-  
 ram lucem igni, Philosophi, denegate. Latè minax  
 incendium ad **IVONIS** imperium repente subfedit.

Hoc

Hoc vnum IVONI defuit, quominus ignis esse crederetur, ignes extinxit. Indociles exundantis fluminis gurgites aliò transituro viam facturi, in obsequiosa diuortia concesserunt. O miram Iudicis æquitatem, quæ & ipsam potuit vndarum frænare licentiam, sine lege, quia sine limite ferociter exultantem! In obsequium Virginis, cui parabatur ædes, ad IVONIS intuitum ingenti in Sylva, in trabes, & asseres cedere volentes arbores omnino tres, & singulis iam cæsis truncis, & truncos, & ramos, & folia raro repentè prodigio explicarunt. Cadauera complura (numero parco, nequis, vt opinione, sic vero etiam maiorem existimet) Cadauera, inquam, complura ad vitam, IVONI imperanti, ceu furtum aliquod reddidit mors: an vt dominum, fateretur? Vnquamne sine publico populorum bono posita olim ab ipso mortalitatis exquiri solemni ritu, pompæque circumferuntur? Diceres liberalitatem ab illo cineribus legatam suis, aut his certè vitam fuisse non animam, sed beneficentiam. An & hoc æqui Iudicis est scientia, ipsa, & summa imitæ equarum mortem in officio continere? Sic est: Super rerum vniuersitas suffragio declarat, nunquam in se æquiorum, IVONEM esse potuisse, quàm cum visus fuit iniquus. Illi enim subditi, carere properant, qui per generosam vim se sibi subdidit victor, ac Deo. Quod igitur vnicè superest, IVONEM, hoc est Iudicem in alios æquum, iniquum in se, idèdque in omnes æquissimum adore.

L A V S D E O.

